Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fantię rudimentis iuxta omnes abhomina
tiones quas operari solet impius grauissi
me me peccasse accuso. et acuius pietate
ueniam et misericordiam totius cordis contritione
deposco: Vnde domine mi ihesu deus salutis meę.
quia multę sunt miserationes in manu tua.
omni conatu totisque uiribus confugio ad
fontem magnę et gratuitę misericordię tuę. Re
spice super me miserum peccatis mortuum.
et noli a me auertere tuę pietatis intui
tum. Excipe dignanter preces confessionum mea
rum. et tuo sancto nomini supplicantem mi
seratus exaudi. Perdidi certe nequissimo
animam meam magno et inestimabili pre
tio glorioso scilicet sanguine tuo redemptam.
et diuersis criminibus dedi illigatam. Solue
quaeso uincula mea. quibus ad te clamo mul
tiplicitur obligatus. et letali ac pessimo